



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117824

§. 4. Rex vocat Catholicos ad Colloquium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](#)

Sæculum V. raptarent per loca aspera, & saxa rigen-
A. C. 483. tia; ita vestimenta primum, & deinde
 membra lacerabantur. Huic caput con-
 tritum, alteri perfosum latus, multis spi-
 ritus elisus, quos, ut potuere, secus viam
 publicam sepelierunt. Cœteri in Deser-
 tum, ut destinatum erat, perducti; ibi
 ipsis hordeum in cibum datum, equorum
 in illa Regione pabulum; sed & istud
 postea subtractum. Terram ibi plurimi
 scorpiones, aliaque animalia virulenta in-
 festabant; at nemini ex Dei famulis illis
 mortem intulerunt.

§. IV.

*Rex vocat Catholicos ad Collo-
 quiuum.*

a. 13. In Festo Ascensionis anno 483. præsente
 Regino, Imperatoris Zenonis Legato,
 Hunericus Episcopo Eugenio Mandatum
 misit, quod in Ecclesia recitaretur. Idem
 etiam per cursores in universam Africam
 missum. In eo Rex loquebatur in hunc
 modum: *Hunericus Rex Vandorum, &
 Alanorum, omnibus Episcopis HOMOU-
 SIANIS. Sæpe vobis præceptum, in
 Vandorum Regionibus Conventus non
 agere, ne Animas Christianas seduceretis.
 Nam vero exploratum habemus, in nostris
 Partibus Missas fuisse celebratas in Man-
 datorum istorum contemptum, dicunt e-
 nim, se velle Fidei Christianæ integrita-
 tem*

tem conservare. Itaque, cum in Provin- Sæculum V.
 ciis, quas subjecit nobis DEus, nullum A. C. 483.
 scandalum tolerare velimus, consentienti-
 bus sanctis nostris Episcopis præcepimus,
 ut omnes proximis Kalendis Febr. Car-
 thaginem veniatis, de Fide cum Episcopis
 nostris disputaturi. Hic HOMOUSIA-
 NORUM Fidem, quam tenetis, ex Scri-
 pturis demonstrare. Datum 13. Kal. Jun.
 anno Regni Hunerici septimo. Id est 20.
 Maji anno 483. Perculit præsentes Epis-
 copos hæc Lectio, nec aliter obstupuere,
 ac si ad Persecutionem signum tuba da-
 tum fuisset; illa præsertim verba terre-
 bant: *Cum in Provinciis nullum scanda-*
lum tolerare velimus. Ac si diceret: *Ne-*
minem patiemur esse Catholicum. Post-
 quam deliberassent, non aliud occurrit
 remedium, quam ut tradito Libello sup-
 plici, quem Eugenius concinnavit, Bar-
 bari pectus emollire conarentur.

Hujus Libelli Summa fuit; cum hic
 ageretur de causa communi, etiam Epis-
 copos ultramarinos esse vocandos. Rex
 respondit: *Totum terrarum Orbem meo*
Imperio subjicite, & faciam, quod petitis.
 Eugenius reposuit: *A nemine impossibile*
petendum. Dixi; Regem, si Fidem no-
stram perspectam habere velit, posse Lega-
tos mittere ad Amicos suos, Principes
Catholicos. Scribam ego Confratribus
meis, ut veniant, & nobiscum Fidem no-
stram

n. 14

Sæculum V. stram Communem tibi demonstrent;
A.C 483. præcipue veniant ab Ecclesia Romana,

quæ omnium Ecclesiarum Caput est. (*)

Hæc dicebat Eugenius, non quod nesciret, nullatenus viros doctissimos deesse Africæ, qui ab Adversariis objecta refutarent, sed cupiens, ut vocarentur Episcopi, qui, quia Vandalis non subditi, majori libertate essent locuturi, & univer-

sæ terræ, quibus artibus opprimerentur Catholicæ, testatum facere possent. Hunericus spretis Eugenii precibus, occasiones captabat, ut Episcopos, qui cœteris doctiores ferebantur, persequeretur. Donatianum Episcopum secundo in exilium misit, prius fustibus, & quidem centum quinquaginta verberibus, cæsum. Presidium quoque Suffetulanum proscripsit. Mansuetum, Germanum, Fuscum, & plures alios verberibus affici jussit. Interim prohibuit lege, ne quis suorum cum Catholicis cibum sumeret. Catholicæ idipsum vetitum esse lataabantur.

§. V.

S. Eugenii Miracula.

n. 17. **C**arthagine degebatur homo cœcus, cui nomen Felix, in urbe notissimus.

Huic

(*) Hoc Testimonio nihil illustrius, nihil ad convincendos Protestantes aptius! est enim omni Exceptione maior.